



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 145. Morituri Eugeni verba ad Cardinales

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](#)

ximæ angustias velare conabatur. Ve- Sæcul. XV.  
 rum statuta obitus hora appropinquante, A. C. 1447.  
 irrita erat cum morte pugna; cum igitur modicum vitæ spaciū sibi superesse cognosceret, omnes, quotquot Romæ agebant, Cardinales ad suum cubile accersiri jussit, quos impavido, ac forti animo hunc in modum allocutus est.

## §. CXLV.

*Morituri Eugenii verba ad  
Cardinales.*

*Meum tempus, meusque dies est, Venerabi-  
 les amatique fratres, moriendum est Platin. in  
 mihi; nec naturæ legibus queror, diu vixi, vita Eug. IV  
 & honoratus; utinam officio meo satisfecis- Europ. c. 58.  
 sem, sed voluntatem magis quam opera re-  
 spicit Deus. Mihi Pontificatus, et si spe-  
 ranti, non tamen ambienti obuenit, multa  
 acciderunt adversa, dum Sedi præsuimus A-  
 postolicæ; non tamen idcirco minus acceptos  
 Nos Deo credimus, quia quos diligit, Deus  
 corrigit atque castigat, nec male esset asturus,  
 si cum hominibus renuit, qui cum fortunæ  
 varietate luctantur, sed esse arcanae caussas  
 ad quas nulla mortalium curiositas potest  
 pervenire . . . Ceterum quia jam horæ no-  
 stræ subripiuntur, modicunque vobiscum  
 ero; quia vocor ad Judicem, Regem, & Pa-  
 trem, testari prius volumus, testamentumque  
 Domini nostri JESU Christi vobis relin-  
 quere,*

L 2

**Sæcul. XV.** quere, qui transiturus ex mundo ad Patrem,  
**A. C. 1447.** pacem meam, dixit, relinquo vobis. Ego  
 vos omnes præter unum Cardinales creavi,  
 & illum unum quasi Filium tradavi, ama-  
 vique: omnes mei estis fratres, obsecro di-  
 lectissimi, servate vinculum pacis, diligite in-  
 vicem, non sint inter vos schismata, adim-  
 plete legem Christi, & alter alterius onera  
 portate. Mox vacatura est Apostolica Se-  
 des, scitis, quem Virum cupiat hoc solium:  
 eligit Successorem, qui me doctrina, & mo-  
 ribus supereret: nulla vos affectio seducat,  
 non private rei, sed publicæ consulite. Ce-  
 terum si me audieritis, mediocrem Virum u-  
 nanimiter, quam præstantissimum discorditer  
 eligitis, ubi pax, ibi & Spiritus Dei est...  
 Verum ne me mortuo, de funere disputetis;  
 quod in ceremoniis Pontificum scriptum est,  
 id solum facite, nemo amplius agat, nec fu-  
 nus adornet meum, absint pompæ & inanis  
 gloria sepulturæ: apud Eugenium III, cu-  
 jus nomen gero, humili loco sepeliri libet.

§. CXLVI.

*Eugenius Papa extrema Undione  
 recepta, mortuus.*

*Antonin. tit.* **H**æc verba graviter adeo enunciabat  
*22. cap. 12.* Sanctissimus Pater, ut Cardinales a  
 lacrimis sibi temperare haud possent, &  
 aliquamdiu silentio suspensi, tandem Pon-  
 tificem rogarent, ut Cardinalem Capua-  
 num